



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Revocatur, primo, ob ingratitudinem Donatarij paragr. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## CAPUT VI.

## De Revocatione Donationis.

**A** Dtres reducuntur causæ, ob quas, tum in foro conscientiæ, tum in foro externo revocari queat donationem (multo magis promissio donandi) sive solum acceptata, sive etiam omni ex parte completa per traditionem jam exhibitam. Prima causa est ob ingratitudinem. Secunda ob problem, postea suscepitam. Tertia, ob inofficiam Donationem. Breviter de singulis, nam quia satis plenè hæ causæ expenduntur à Jurisperitis, & Theolog. ideo in his opere pretium nobis erit, ne cellariorum dumtaxat afferre, cetera rescare.

## §. I.

## Revocatio Donationis liberalis ob ingratitudinem Donatariorum.

**H**UJUSMODI INGRATITUDINEM, quæ concedit facultatem revocandi rem donatam, & quidem etiam frumentorum ex ipsa perceptorum post litis contestationem, in quinque casibus locum habere faciunt leges.

**2.** Primò, quando Donatarius atrociter injurias contra Donatorem effundit; Intellige, ex meliore sententia etiam quando, licet non verbis, factis tamen atrociter est injurius, ut, si v. g. Cornua ad Donatoris postes affigat.

**3.** Secundò, quando manus impias interficiunt Donatorem.

Tertiò, quando notabile, & grave ei dem detrimentum facit.

**4.** Quartò, quando vitæ periculum, sive per se, sive per alium eidem affert.

**5.** Quintò, quando Donatarius non vult implere gravamina, sub quibus Do-

Tamburinus de sacramentis.

nans rem fortè donavit. Vide tamen, quæ dicam nu. 13.

**6.** Nota Primò, hanc revocationem ob ingratitudinem habere locum etiam in Legato, & ut, si v. gr. Legatarius c. Mol. d. injurias atrociter efficit Testatori v. gr. 112. Sæ V. cognoscendo dicti Testatoris uxorem, Legatum Bonacini.

**7.** Nota Secundò, in predictis committendis, debere in culpa esse Donatarium; Undè, si justè v. gr. Donatarius Donatorem homicidam accuset, si justè suum repeatet, quamvis cum damno Donatoris, si justè, ut se defendat, Donatorem occidat, &c. non potest ipsi revocari Donatio, quia ubi non adest culpa, nec adest debet pœna.

**8.** Nota Tertiò, ejusmodi ingratitudinem debere coram Judice certò probari. Donec ergo quis condemnetur à Judice, poterit sibi retinere donata, nec poterit Donans ex le illa reassumere, nec si extra Judicium, sententiamque petat, poterit obligare Donatarium ad reddendum. Ita Delugo, Molina, Fagund. aliqui excepti à Diana. d'Ratio est, quia d Diana. p. ult. n. 5. ad pœnam non obligatur quis, nisi post 8. tr. 6. sententiam Judicis. res. 5. 8.

**9.** Illud concederem cum Lessio, ac Rebello, quem sequitur, adducitque Bonacini. eum, qui promisit rem donec Bonac. L. tradidit, nec dum illam tradidit, posse c. p. ult. n. 8 non tradere, ac sibi retinere, si Promisarius aliquam ingratitudinem notam ex predictis contraxit, nec aliud oritur scandalum, quia certè non videtur, se voluisse obligare ad tradendam rem promissam in tantæ ingratitudinis circumstantia.

**10.** Dicastillus, tamen sustinet, si f. Dicast. I. aperiè constet de ingratitudine Donatarii, posse Donatorem ex se reassumere du. 7. nn. rem Donatam, occulteque compensare, 157. Et quia tota vis potestatis revocandi fundatur in defectu conditionis implicitè ap-

Dianam positæ in Donatione, id est, Si Donata- l. c. riis ingratius non exciterit: quæ certè sententia non est improbabilis.

**11.** Nota Quartò, quid si ingratitudine

Ssss æqua-

æqualis, vel gravior committatur à Donatario, præter eas quinque, quas modo numeravinus, eodem modo poterit donationem donator revocare?

Respondeo, eodem modo purant plures apud Molin. a quod etiam amplectitur Diana, b sed ipse Molin. Rebell. Turr. apud Delugo c id nequaquam concedunt, nam hæc potestas revocandi Donationem, cum sit ex probabiliore opinione solum de Jure positivo Legum, non vero de Jure naturæ, sique odiosa, solum restringenda est ad expressa à legibus. Sed non ita diceret Dicastillus, qui modo fundavit totam vim ejusmodi revocationis ob ingratitudinem in apposita implicita conditione, nisi Donatarius ingratus extiterit.

12. Illud ego noto, esse tam amplam tertiam causam allatum num. 3. ut plures comprehendat ex illis, quas tu similes fortasse vocares, sed illæ verè sunt ex expressis, si accuratius expendantur.

13. Denique, si donans, cognita injuria, dum vixit, donationem non revocavit à donatario modis dictis ingrato, nec revocare incepit, judicari posse, factam esse remissionem à donante, quod distinctius vide apud Mol. 4.

14. Si solum fuit res promissa, & non dum tradita, posse in foro conscientiae, cessante scandalio, non trahi ob æquivalentes causas ingratitudinis concedit Rebell. e quia presumi potest donatorem noluisse rem quam tradere obligare rem suam in casu tantæ ingratitudinis, id. quod firmat, quæ n. 9. dicta sunt.

15. Nota Quinto, hanc potestatem revocandi non habere locum in donationibus factis Ecclesiæ, nam, quamvis ejus Prælatus ingratus sit, nihil nocere poterit Donationi, quæ non iphi, sed Deo facta est, qui certè ingratus esse non potest. f Quod si onus a donante donatarius iphi Ecclesiæ impositum non adimpser, cogi poterit à legitimo Superiori, ut adimpleat, non vero ut restituat donata.

16. Denique posset hic queri, utrum potestas revocandi donationem in dictis sit.

casibus transeat ad hæredes? Utrum eadem potestas adsit in donatione remuneratoria? Utrum eadem adsit in donatione Beneficiorum Ecclesiasticorum? Utrum eadem adsit in Matre respectu Filii, vel in Patrono respectu liberti? Verum hæc dilucidè tractata habes apud Doctores citatos, & breviter collectos apud delugo, g Ille etiam Dianam, h quoad donationem remuneratoriam. Quoad Delugo quacunque autem donationem ex causa, Vide apud Marium i Cutelli. Rur. sus, An donator possit revocare donationem ex eo, quod donatarius non alat h. donatorem jura lapsum in paupertatem? 3. n. 6. &, An Pater ob causas supradictas possit revocare donem datam Filiæ, dum vivit 1. C. ejusdem filiæ Maritus, vel eomortuo, si T. d. extent filii? sed hæc clare habes apud Mar. 2. n. 1. eundem k Dianam.

Denique. Quid, si donatur juravit se renunciari huic potestati revocandi ex gratitudine? Verum ex supradictis capite quarto numer. quarto, tunc non posse revocare, colliges ex mea sententia,

### s. II.<sup>1</sup>

#### Revocatio ob filios, post Donationem suscepitos.

i. L Ex, quæ disponit donationem revocari ob suscepitos filios loquitur quidem de libertis, sed Doctores, 1. si ob identitatem rationis, sive ob con. 1. Ap. 1. textus variarum Legum extendunt ad nam. 1. alios quoscunque. Verba Legis hæc nr. 6. sunt. m

Si unquam libertis Patronus filios non m. L. 6. habens bona omnia, vel partem aliquam quæcumque facultatum fuerit Donatione largitus, & revoca posse suscepit liberos, totum ad ipsum Domum revertatur.

Merito quidem, quia non presumitur velle quis, etiamsi juraverit, donarem notabilem alii (nam excipiente sunt res levioris momenti) in eo casu, quo propriam sobolem nanciscatur, sive illam